

Abulens.

Hugo.

ne munera, oblata submissione, ac veneratione tanta, ut notat Abulensis, ac infidiis amoris etiam tantis, contemni, ac abjici viderentur, Hugo. Post oblationem munerum clementer loquitur Joseph, qui supra tam dure locutus fuit. Solent enim principes, offerentium oblata munera, non abjecte repellere, sed benevolentiae signis prosequi.

QUESTIO XII.

Quare non prius acceptet Dominus oblationem factam, & postea remittat ad reconciliandum cum fratre?

70. Difficultas questionis.

PRÆCIPIT tibi Dominus, quod si dum oblata offers ante Altare, recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Cur non permittit Dominus, ut prius homo mundus suum offerat, suum perficiat sacrificium; nam illud imperfectum relinquere, apud omnes nationes magnum piaculum habebatur; & tandem factam Dominus acceptet oblationem, posteaque offerens, ad reconciliandum cum fratre remittatur Germana solutio est, quod in hoc negotio nullam Deus dilationem patitur, ideoque prius mandat, ut vadat ad reconciliandum cum fratre; & postea ad ejus conspectum veniat, ad suam oblationem offerendam. Ita communiter Interpretes.

71. Chrysof.

Respondet secundum D. Chrysofom, hom. 16. O admirabilem benignitatem, atque ineffabilem erga homines amorem Dei? Honorem suum despiciit, dum in proximo charitatem requirit: quid his verbis minus esse possit? Interrumpatur, inquit, cultus meus, ut tua charitas integretur, similiter Euthymius, Theophylact. In verbis S. Patris duo notanda sunt. Primum. Eximia Dei charitas honorem suum despiciit, dum in proximo charitatem requirit. Vult Dominus, ut ejus oblatio, ac sacrificium, per quod colitur, ac honoratur, à suis differatur, imò & interrumpatur, ut cum proximo reconciliationem habeamus; quia hujusmodi reconciliationem requiritur, ut oblatio sit accepta, ut docent Abulensis q. 162. Cajet. hic, & ita nobis frugifera; ut multis donis ditemur. Et ita honorem suum despiciit, dum in proximo charitatem requirit, ut per illam firmus bonis omnibus loquatur. Vide supra, c. 3. n. 71 & 58. & 140. Et supra in hoc cap. num. 3. Secundum. In verbis Christi pondera, Vade prius. Quod notans D. Chrysof. Interrumpatur, ait, cultus meus, ut tua charitas impleatur. Est enim est Dei excelsa magnitudo, ut sciat, aliis primas dare: ad cujus imitationem perfecte nobiles non recusant, aliis primas concedere sedes, & sibi secundas reservare. Vide cap. 11. num. 76. & lib. 1. cap. 1. num. 143.

Abulens. Cajetan.

Deus scit aliis primas dare. Chrysof.

72. Idem.

Cajetan. Deus necessitate nos cogit ad reconciliandum cum fratre.

Tertio idem Chrysof. citato loco. Irrefutabilem, ait, quandam necessitatem reconciliationis imponit. Qui enim iustus est, non prius munus offerre, quam reconcilietur offenso; etiamsi non ob proxima charitatem, saltem ne sacrificium maneat imperfectum, currere ad contristatum jubet, & inimicitiasque dissolvere. Idem habet Cajetan. Maxime nos cogit Dominus ad satisfaciendum fratri offenso, dum injuriam in fratrem monstrat impedimen-

tum esse ad offerendum Deo; ut intelligamus, incumbere nobis necessitatem reconciliandi cum fratre, non solum ut debitum reddatur fratri, sed etiam ut nostrum sacrificium perficiatur, ac absolvatur. Aded Deus nostram cum proximo dilectionem affectat, ut ad illam modis omnibus non cogat, & trahat: non enim solum contentus est, hoc dare in præceptum, sed etiam nos necessitate compellit, ne in execrabile apud omnes nationes, (ut dixi in expositione) nefas incidamus, quod nostrum sacrificium maneat inchoatum, ac imperfectum.

Quarto Tertull. lib. de patientia, cap. 12. Nemo convulsus, ait, animo in fratrem suum, munus apud Altare perficiat, nisi prius reconciliando fratri reversus ad patientiam fuerit: non licet nobis, una die sine patientia manere. Vehementer nos Dominus movet ad amicitiam cum fratre, dum jubet munus relinquere ante Altare, ut cum eo gratiam ineamus. Et si frater nos offendit, & si ab eo læsi sumus, adhuc, saltem ex consilio, vult ut cum ipso fratre reconciliemur, & ut habeamus, patientiam, ac misericordiam ad remittendas, ac dissimulandas proximorum injurias; & cum ejus queramus charitatem, & amicitiam, nulla dies sine sacrificio, ac oratione transeat, nulla etiam dies sine patientia prætereat. Ex hac Christi sententia etiam monet Joan. Cassianus lib. 8. de spiritalibus vitiis, c. 12. quod non transeat una dies in tristitia cum fratre, sed citò eum eo reconciliemur.

Quinto, D. Hilar. Nullam, ait, impatiens orationis precem fieri patitur Dominus, sed Altari munera offerentes si recordentur, habere se cum fratribus aliquid, reconciliata humana pace, reverti in divinam pacem jubet, in Dei charitatem de charitate hominum transiunt. Mandatur, ut relinque munus ante Altare, & ad concordiam cum fratre ite; quia nemo potest ad charitatem Dei venire, nisi ex charitate fratrum. Si vis habere amicitiam cum Deo, fac pacem cum proximo; nec enim sine hac ad illam devenitur.

Sexto, Maxime nos cogit Dominus ad concordiam cum fratre, nam vult, ut relinquatur munus ante Altare, ut ad illam ineundam tendamus, ut satis notatum manet ex Chrysofomo in 3. a. maxime ratione. Quod efficaciter confirmo ex verbis Domini. Non ait: Si offeris munera vestra ante altare, & ibi recordati fueritis, &c. Non per plurale loquitur, sed per singulare. Cum omnibus loquebatur Dominus; & tamen singulariter ait: Si offers munus tuum. Hoc præceptum de charitate fraternam, quamvis esset communiter promulgatum pro omnibus; ita tamen Dominus disponebat, ut esset tam intime in injusto jusque; corde insinuatam, ac tam alta mente repositum, ac si cubilibet esset particulariter mandatum, & dictum & ita particularibus verbis profert: Si offers munus tuum ad Altare.

Dantur à Domino in monte Sinai præcepta Exod. 20. Decalogi. Exod. 20. a. num. 3. Et ait Dominus: Origenes. Non facies tibi sculptile; sed ut legit Origenes, Non facies tibi ipsi idolum. Prosequitur Dominus in proferenda lege: Non adorabis ea; non assumes nomen Dei tui in vanum; memento, ut diem Sabbati sanctifices; honora patrem tuum; non occides; non moechaberis, &c. Multa consideratione dignum sanè, quod totus Decalogus per verba singularia profertur. Quando Dominus mandabat Moyli, ut aliquid denuntiaret populo passim, his usus est verbis: Hæc dices: filiis Israël,

Hieron.

Pfam. 77. Pfalm. 105.

Hugo. Lex ita observanda, ac si cubilibet particulariter esset dicta

Israël: ut habemur, quando egit de eximendo populo à captivitate. Exod. 3. num. 15. Et etiam, ut notat D. Hieronymus in cap. 65. Isaie, quando Scriptura commemorat peccata populi, pluraliter loquitur: Avertunt se, & non servaverunt pactum, Pfalm. 77. n. 57. Obliti sunt operum ejus, Pfalm. 105. num. 13. & ibid. num. 21. Obliti sunt Deum, qui salvavit eos. Cur ergo in his locis numero multitudinis usus est Dominus, at verò quando lex datur, singularia verba assumuntur? In aliis: dum de beneficiorum ingratitudine, oblivione populi erga suum benefactorem dicitur, per plurale fit sermo, quia omnia illa communia omni populo, & non tanquam particularia reputantur: at verò dum lex datur, singularia sunt verba, ut ait Cardinalis Hugo, ac si unoquoque loqueretur. Verum est, quod lex pro omnibus universaliter est lata; tamen ita volebat Dominus, quod esset fixa, & inhaerens in unicuiqueque animo, ac si cubilibet particulariter esset dictum: Non facies sculptile; non adorabis ea; quæ enim particularia sunt, magis obligant, movent, ac impellunt.

QUESTIO III.

Quare in aliis donis, quæ offeruntur longè ab Altari, non exprimatut particulariter hoc præceptum prius reconciliandi cum fratre?

77. Diff. ultas questionis.

PRÆCIPIT Dominus: Si offers munus tuum ad Altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid adversum te, relinque munus tuum, vade prius reconciliari fratri tuo. Multa sunt opera, quæ Deo offeruntur sæpè in loco distanti ab Altari, ut elemosynæ, jejunia, abstinentiæ, gratiarum actiones, & alia pia opera. Cur ergo in muneribus, appositis ante altare, expresse, ac præcipue adhortamur, ut prius ad reconciliationem fratris procedamus, quàm ad oblationem, & non tamen specialiter, ac distinctè monentur de aliis, quæ sunt longè ab Altari? Cur hujusmodi reconciliationem non requirit Dominus absolute in omni munere ubicunque exhibeatur, sive ante altare, sive extra?

78. Germana solutio.

De sensu litterali hujus rei jam egi in expositione. Et ratio germana hujus loci est. Quia magnum nefas imputabatur apud omnes, quo sacrificium relinqueretur imperfectum: ut Dominus ergo insinueret, quàm celeriter, ac diligenter ineunda sit cum fratre reconciliatio, jubet relinquere sacrificium inchoatum, ut ad concordiam fratris veniamus; & ita proximi dilectio anteponatur sacrificij perfectioni. Ad rationes morales properemus.

79. Paschas.

Respondet secundum D. Paschasius lib. 3. in Matth. Hæc secundum historiam impleta de cultu Religionis non abhorrent, ut fides templum intelligatur, & Altare Christus, ante quem nostra fidei donaria offerimus. Ille quippe est illa sublimis Sanctorum ara coram Patris vultu, sibi qua Sanctorum anime quiescunt; ubi si recordamur, quod aliquis habet aliquid adversum nos, oportet coram eo manus nostræ devotionis relinquere, & quem læsum, satisfacere, donec reconcilianti; Sylveira in Evang. Tom. II.

mus offerre liceat. Altare Christum adumbrat, & representat ut dixi in expositione; Christus autem charitas est; merito ergo hic præcipue, ac maxime adhortamur, ut qui ad Altare, scilicet ad umbram Christi, accedit, non in discordia fratrum, sed in amore, & charitate deveniat; ubi enim Christi umbra est, nulla potest esse discordia, nullaque injuria proximi. Vade ergo, relinque munus tuum; nam hæc Christi ara nullos dissidentes capit.

ubi umbra Christi, nulla discordia.

80. Chrysof.

Tertio, D. Chrysof. hom. 16. Cum enim dicitur, ait, Relinque munus tuum; non ibi sistit, sed inivit, ante Altare, rursus ab ipso etiam loco honorem injiciens, & vado: nec tantum dicit, vade: sed adjungit, prius, & tunc veniens offer munus tuum, per omnia ista significans, quia per aliquas inter se inimicitias dissidentes nequaquam mensa illa suscipiat, Audiant hi, qui sacris ceriæ mysteriis initiati, cum inimicitias ad communionem Altaris accedunt. Inter omnes oblationes, quas homo Deo exhibet, ut dixi in principio questionis, præcipue admonetur, quod dum ad Altare accedit, ac offert, si sit in odio fratris, relinquat ibi munus suum, & vadat ad reconciliationem. Cur hoc tam stricte, ac vehementer hic exigitur, & non in aliis donis, quæ sunt extra Altare, hoc in præsentiarum tam expresse, ac specialiter commendatur? Est enim Altaris sacrificium, & cum sit tota charitatis, ac dilectionis victima, & pacis sacramentum, ut illud appellat Chrysof. stomus hom. 51. in Matth. nullos inter se dissidentes admittit, sed excludit, & repellit.

Qui est in odio fratris, in mensa Christi locum non habet.

Chrysof.

81.

Maximè festivè filium deperditum benignus pater excipit, eique parat convivium, in quo vitulum occidit saguatum, & omnia festivis instrumentis personant. Filius autem senior vivens de agro, & cum venisset, & appropinquaret domui, audit symphoniam, & chorus; indignatus autem volebat introire, Luc. 15. num. 28. Sed cur in tantis epulis celebratis tanta jucunditate, ac lætitia exclusus remanet, introireque renuit, cum potius à tantis festivis invitari deberet? Menla illa figurabat saluiferum convivium, in quo vitulus saguatum Christum adumbrabat, ut auctor est Cajet. Senior autem frater totus erat repletus odio, invidia, ac ira in juniorem; & qui in fratris odio erat, ad celeste epulum nequibat habere ingressum, sed foris exclusus manet, atque repulsus. D. Petr. Chrysof. serm. 4. de Prodigio. Invidum, ait, fugat symphonia pietatis, chorus charitatis excludit; & quem venire ad fratrem, & appropinquare domui, vocat ratio natura, hunc pervenire, zelus non sinit, livor non patitur introire.

Luc. 15. Ad Eucharistiam requiritur charitas in fratres.

Cajetan.

Chrysof.

Lucæ 5. n. 25. Esto consentiens adversario tuo citò, dum es in via cum eo: ne forte tradat te adversarius, & in carcerem mittaris.

Numer. 26. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem,

VERSIONES.

Syriacus Esto desiderabilis cum adver

adversario tuo, & judex tradat te exactori, & lincidas in domum victorum.

- Græcus Esto benevolus.
Arabicus. Esto benignus litiganti tecum.
Aliqui apud Franc. Luc. Esto concors.
Syriacus n. 26. Non egressurum donec reddideris octavum numulum.
Pagninus. Extremum quadrantem.

EXPOSITIO.

82. SUPRA Dominus nos maxime exhortatur ad gratiam & amicitiam cum proximo, si velimus, nos nostraque opera Deo esse grata: nunc autem nos monet, & provocat terrenis divini iudicij severitate, si in hac Charitate non steterimus. Et ad hoc adducit exemplum quemadmodum ille, qui in ius vocatus pergit cum suo exactore ad iudicium; multo melius est, in itinere, dum lis adhuc pendet, componere totam rem, quia socius potest ei aliquid remittere in via, quam ad iudicium convenire, quia iudex toto iustitiae rigore rem exactissime exquirat, illumque probrose, ac ignominiose conjiciet in carcerem, donec totum restituat: ita qui læsit fratrem suum contumeliis, ac opprobriis, dicendo, Fama, vel Raca, & se debitorem honoris restituendi constituit optimum est, ut citò pergat, & dum adhuc est in hac via, scilicet vita, reconcilietur cum eo, quo pro illatis iniuriis veniam obtinere potest, antequam Deo iudici tradatur; quia tunc rigorose carceri tradetur, ut totum debitum persolvat, vel lethale in Inferno, vel veniale in Purgatorio, ut explicat Cajetanus, & Cornelius à Lapide. Singula aptemus.

Cajetan. Corn. 83.

Esto consentiens adversario tuo, id est, esto amicus, & benevolus cum tuo adversario, nempe cum fratre, in quem intulisti injuriam, & opprobrium. Et esto consentiens satisfaciendo, ac recompensando honorem ablatum, & damnū illarum. Cajetan. ita explicat: Esto bene volus animo & opere adversario tuo, id est, homini tibi adversanti, quamvis tu non adverseris ei, hoc est, nec irascaris adversario, nec dicas illi, Raca. Sed prima expositio magis literalis. Citò, diligenter absque ulla mora, ne subito auferaris, quando minus cogitas. Dum es in via cum eo, dum es in hac vita cum eo, facile est, rem componere, Joan. 9. n. 4. Venit nunc, quando nemo potest operari. Sequitur textus, Ne foris: ut ait Glossa, Albert. Magnus, S. Thomas, Hugo. Non dixit absolute, tradet te, sed posuit: Ne foris, ne auferatur locus penitentiae; quia si per penitentiam doleas, non tradet. Et sic multi injurias illatas fratribus, per penitentiam diluerunt. Sic dixit Petrus ad Judæos, qui Christum crucifixerunt Act. 3. n. 19. Penitentiam igitur, & convertimini, ut deleantur peccata vestra.

84. D. Thom. Psal. 103.

Et tunc iudex, scilicet Christus, tradet te ministro, ut explicat D. Thom. id est, Angelo. Qui facit Angelos suos spiritus, Psalm. 103. n. 4. Vel exactori

diabolo. Et in carcerem mittaris, id est, in Infernum, vel Purgatorium, pro qualitate culpæ: Non exies inde, donec reddas, hoc est, à Purgatorio non exies, donec solvas pœnam temporalem debitam. Ab inferno autem, cuius pœna est æterna? Illud donec, ut notant D. Augustinus, S. Thomas, non significat finem pœnæ, sed continuationem miseræ, quasi dicat: Semper solves, & nunquam persolves; seu, ut clarus dicam: Non exies inde, donec solvas, seu reddas: atqui in Inferno nunquam debitum persolvitur; ergo nunquam inde exies, sicut Psalm. 109. n. 2. Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos; id est, semper sedebis.

August. S. Thom.

Psalm. 109.

85.

Novissimum quadrantem. Quadrans significat quartam partem, & vulgariter sumitur pro quodam genere nummi. Est autem quadrans quarta pars assis, teste Pubæo lib. de Ass. As continet quatuor Reis, ut materno sermone dicam; quadrans verd hunc Real; & ita quadrans sumitur pro minimo pretij nummulo, & per hanc metaphoram significatur: quod etiam minima culpa persolvenda est.

Budæus.

QUESTIO XIV.

Quam sit adversarius iste?

MARIE sunt in hac re interpretationes prima, & mihi vera, quam secutus sum in expositione, & tradunt D. Hieron. can. 4. Imperfecti. Hilat. homil. 1. D. Hieron. lib. 2. D. Ambrosii lib. 7. in Luc. Imperfecti. cap. 12. D. Paschal. Rupert. lib. 4. in Math. quod adversarius, de quo hæc fit sermo, est ille, qui habet aliquid adversum nos, quia cum læsimus, ac offendimus, appellando Raca, vel fatues; seu aliam injuriam inferendo: hic enim actionem habet accusandi nos in iudicio. Hic namque sensus optime coheret cum superioribus, in quibus nos Dominus maxime adhortatur, reconciliari cum fratre, si habet aliquid aversum nos. Alias sententias de hac re breviter videamus.

86.

Vera intelli-

gentia.

Hilari.

Imperfecti.

Hieron.

Ambrosii.

Paschal.

Rupert.

87.

Tertul.

Origen.

Athanas.

Juvenci.

Aug.

88.

Athanas.

Conscientia

pungit.

accusati.

89.

Aug.

Lex adver-

sarius pec-

catii.

Secunda est Tertull. lib. de anima Origen. homil. 35. in Luc. qui docet, adversarium, de quo hæc est sermo, esse diabolum communem inimicis generis humani. Tertia est D. Athanasij 9. 62. ac insignis Poëtae Juvenci, qui contendunt adversarium esse carnem, quæ concupiscit adversus spiritum. Sed nec carni, nec diabolo consentire debemus, sed potius ejus suasionibus maxime dissentire, ut bene docet hic Augustinus. Quarto idem D. Athanas. loco proxime citato, & accommodatori intelligentia docet, adversarium vocari conscientiam. Ipsa enim adversatur peccatis, & nos interius maxime pungit, ut à peccatis, abstinamus; & si ei non acquiescimus clamatur, & accusat nos ante tribunal Dei. Vide supra cap. 3. num. 308. Quinto, D. Augustinus lib. 1. de serm. Domini, cap. 22. existimat, adversarium legem Dei significare. Lex autem Dei adversarius noster appellatur, quia ipsa dirigens gressus nostros ad rectitudinem, ac ad bonum nos exhortans, maxime contrariatur vitiiis, ac effræntatis cupiditatibus. Quid enim, ait Augustinus, sic adversatur peccatore volentibus, quam lex Dei, & Scriptura divina. Esto consentiens adversario tuo. Quis autem consentit Scripturae divinae, nisi qui legit, & audit, ut quod

EXPOSITIO.

SUPRA, ut notat hic D. Thomas, ordinavit Dominus appetitum irascibilem respectu suæ passionis, & efficaciter nos adhortatus est ad omnem iram contra proximum deponendam. Hic verd ordinat, ac componit concupiscibilem respectu suæ passionis. Cur autem Dominus incepit, non à primo præcepto, sed à quinto, & sexto? jam explicavi superiori cap. num. 36. Audistis, quia dictum est antiquis, scilicet Judæis sub præceptis legis viventibus, multo tempore jam elapso. Nam, ut ait Chrysof. dum dicit antiquis, ostendit multum tempus, ex quo hoc mandatum acceperunt. Non mœchabit, id est, non committes adulterium, ut ex Græco habent Pagninus, Vatablus, Arias, & alij communiter. Mœchia hæc, seu concubitus, generaliter accipitur pro omni actu carnali illicito, ut dicam qual.

D. Thom. Ordo textus.

Chrysof.

Pagnin. Vatab. Arias.

2. Ego autem dico vobis. Ego, ut ait Hugo, qui sum veritas, & mentiri non possum. Et non se opponit Dominus his quæ antiqui audierunt in lege, sed his, quæ fallis interpretationibus contra legem à suis majoribus acceperunt: dicebant enim, concupiscitiam internam vix esse peccatum, de quo satis egi superiori cap. Omnis, non distinguitur aliquis, ut ait Albertus Magnus, nec conditione, nec gradu honoris, nec sexu, quia omnes circumdanti sunt hac infirmitate concupiscibilitatis, & ideo lex ad omnes se extendit: Qui videt, Oculi annuntiant pulchritudinem mulieris, & suis lenociniis movent illos ingreditur; mulierem, ponit tanquam nomen commune pro omni femina, sive virgine, sive nupta. Ad concupiscendam eam. Visus qui hic damnatur, est ille, qui curiosè fit, ut notant D. Hieronymus, & August. D. Augustinus; & eo fine, ut interius concupiscat ac desiderio illicito inflammetur. Hanc ergo concupiscitiam Dominus vult eradicare. D. Chrysof. Chrysofomus, homil. 16. ait: Non idcirco Christus advenisse contentus est, ut summum corpus à malis actibus, sed ut prius animam quoque ab hujusmodi cogitationibus averteat. Puritas Christiana maxime intendit internam munditiem, cum qua externæ actiones conformentur. Jam dicitur. mœchatus est eam in corde suo; hoc est, jam eam contupravit, ac violavit voluntate, ac animo suo; id est jam enim strupi reus est, legisque transgressor.

Hugo.

Alber. Mag. Lex a: omnes, qui in eadem infirmitate sunt

videt.

Oculi annuntiant pulchritudinem mulieris, & suis lenociniis movent illos ingreditur; mulierem, ponit tanquam nomen commune pro omni femina, sive virgine, sive nupta. Ad concupiscendam eam. Visus qui hic damnatur, est ille, qui curiosè fit, ut notant D. Hieronymus, & August. D. Augustinus; & eo fine, ut interius concupiscat ac desiderio illicito inflammetur. Hanc ergo concupiscitiam Dominus vult eradicare. D. Chrysof. Chrysofomus, homil. 16. ait: Non idcirco Christus advenisse contentus est, ut summum corpus à malis actibus, sed ut prius animam quoque ab hujusmodi cogitationibus averteat. Puritas Christiana maxime intendit internam munditiem, cum qua externæ actiones conformentur. Jam dicitur. mœchatus est eam in corde suo; hoc est, jam eam contupravit, ac violavit voluntate, ac animo suo; id est jam enim strupi reus est, legisque transgressor.

Hieron. Aug.

Puritas Christiana intendit internam munditiem, cum qua externæ actiones conformentur. Jam dicitur. mœchatus est eam in corde suo; hoc est, jam eam contupravit, ac violavit voluntate, ac animo suo; id est jam enim strupi reus est, legisque transgressor.

Jam dicitur. mœchatus est eam in corde suo; hoc est, jam eam contupravit, ac violavit voluntate, ac animo suo; id est jam enim strupi reus est, legisque transgressor.

quod intelligit, non propter hoc oderit, quod peccatis suis adversari sentit; sed magis diligit correptorem suum, & gaudeat, quod morbis suis, donec sanentur, non parcat. Multa præclare docet Augustinus. Adversarius noster lex Dei, cui debemus consentire, dum sumus in via, aliter ipsa lex tradet nos, & accusabit coram Deo iudice. Sic ait Christus Dominus Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet, qui judicet eum: sermo, quem locutus sum, ille judicabit eum in novissimo die, Joan. 12. n. 48. Et meritò ipsa lex nos accusat apud Deum Patrem, & ut ait Chrysof. homil. 68. in Joan. in ordine stabit accusatoris, omnem tollens excusationem. Immo ipsa lex nos judicat, ut explicat Theophylact. ad cit. loc. Joan. quia cum ipsa esset summe diligenda à nobis: quia nostris morbis, ut ait Augustinus, donec sanemur, non parcat; tam enim contra eam insurgimus, eamque contempnimus, ac parvipendimus tanquam adversarium nostrum.

Joan. 12.

Chrysof.

Theophyl.

August.

Monitor ve-

nerandus, &

non contem-

tendus.

90.

Olea. 5.

Septuag.

In multa incidit sup-

plicia, qui

monitorum

suum contem-

nit.

Ait Oseas cap. 5. juxta Septuag. n. 11. Oppressit, Ephraim adversarium suum, conculeavit iudicium quoniam cepit abire post sordem. Et statim enumerat Prophetæ multa mala in Ephraim. Sed unde tot ei contigere mala? Ilias Abbas orat. 4. existimat cum D. August. adversarium esse monitorem, qui corripiebat Ephraim à vitiiis suis, quo spreto conculeavit iudicium, cepit abire post sordem; & inundaverunt multa mala captivitatibus, interitus, ac perditionis super eum. Ita ait citatus Abbas. Hæc Ephraim contigerunt, quia oppressit adversarium suum. Vide cap. 5. n. 182.

CAP. XIII.

Fornicatio, Juramentum, Vindicta vitanda.

Matth. 5. n. 27. Audistis, quia dictum est antiquis: Non mœchaberis.

Numer. 28. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendam eam: jam mœchatus est eam in corde suo.

VERSIONES.

Syriacus. Quisquis aspexerit mulierem, ut eam concupiscat, illico adulteravit eam in corde suo.

Pagninus. Non committes adulterium.

Alius. Omnis, qui aspexerit uxorem alicuius ad concupiscendum, jam adulterium cum ea commisit in corde suo.

Sylveira in Evang. Tom. II.

QUESTIO I.

Quare Dominus cum tanta brevitate explicet præceptum fornicationis. Circa quod tria dubia expendo.

EX triplici capite hæc exurgit difficultas. Et primò, quare potius loquitur de viro, dicendo: Qui viderit mulierem: Quàm de muliere, dicendo: Quæ viderit virum? Respondet primò D. Chrysofomus. Quia ad hoc paria judicantur

3. Prima diffi-

cultas: cur

potius loquitur de viro

Chrysof.

Eg 3 vir,